



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXCI. Ad idem de morte octingentorum Lethovvinorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Tenton.  
Conradus à Tierberg IX. Mag. Prov. in Prussia*

**F**rater Conradus de Tierberg Magister & plures fratres cum mille & quingentis equitibus intraverunt terram Sudovvix, & territorium quod dicitur Kimenovv, depopulati sunt, & præter occisos, quorum multi fuerunt, mille captivos homines, cum spolio aliarum rerum ferè innumirabili deduxerunt. Sequenti die dum exercitus Fratrum redeundo venisset ad Sylvam, quæ dicitur Winse, Sudovvix cum tribus millibus virorum Electorum secuti sunt eos, quos Fratres cum suis viriliter invadentes occisis multis & lethaliter vulneratis usque ad terræ ipsorum introitum fugaverunt. In hac pugna de exercitu Fratrum nisi sex viri ceciderunt interfecti, alii salvi sunt reversi.

CAP. CXC.

*De*

*Deprædatione terræ Poloniæ.*

**H**oc tempore Lethovinorum exercitus validus intravit Poloniam & vastatis Briscensi & Dobunensi confiniis per incendium & rapinam, tantam stragem fecit in populo Christiano occidendo & captivando, quod numerum eorum nemo potuit veraciter æstimare.

CAP. CXCI.

*Ad idem de morte octingentorum Lethovinorum.*

**N**on longe postea octingenti viri equites de Lethovvia destruxerunt in parte terræ Poloniæ, quæ dicitur Rersav X. villas, & occisis multis Christianis cum magno spolio recesserunt.

Mm 2

runt.

*Hartmannus C. de Heldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.*

runt. Medio tempore quo hæc agerentur vir Deo devotus <sup>(a)</sup> Lestekinus Dux Cracoviensis, congregatis multis millibus virorum, ascendit in montem quendam, & ait: Quicumque formidolosus non est, ascendat ad me, ut hodie vindicemus injuriam crucifixi. Et ut breviter concludam, ipse sicut Gideon de multis militibus non nisi CCC. viros obtinuit, cum quibus certamini se dedit, & hostes de Dei misericordia, qui neminem deserit sperantem in se, viriliter est aggressus, & captivis Christianis primo liberatis, inimicos fidei percussit plagâ magnâ, sic quod de octingentis viris vix decem præsidio evaserunt.

ANIMADVERSIO.

(a) Matt. Strykowski ossoslevicius legit Lescelinus, & dicit esse Lescum Nigrum, Principem Poloniae.

CAP. CXCI.

*De*

*Destructione territorii Sudoviæ*

*Meruniske.*

**F**Rater Conradus Magister semper sollicitus circa destructionem infidelium, congregatâ magnâ potentia, exercitus equitum & peditum, intravit Sudoviæ territorium dictum Meruniskam, cum equitibus, aliis relictis ante introitum terræ prædictæ, & occidit dominos hujus territorii famosos XVIII. De alio populo promiscui sexus interfecit sexcentos & captivavit, & dictum territorium vastavit per incendium & rapinam.

CAP. CXCV.

*De*

*Latrunculis.*

Mira